

XXXII

56

affluente visceribus pietatis et compassionis
Porro in via hilaris, affabilis, plenus gratie
 et solatus in oratione pro diuitiis ac possessione
 sionum munificus se ac largus pro regia liberalitate
 remuneratore demonstrat. Ita pro omnibus
 nunc huius carminis textus reperies verbum
 istiusmodi similitudinibus adumbrari. Unde
 ego puto id significatum apud prophetas
 ubi ait. Spiritus ante faciem nostram
 stans dominus in umbra eius vivemus inter
 gentes. quod scilicet videamus nunc pro speculum
 et in enigmata: et necdum faciem ad faciem. Et istud
 sane donec vivimus inter gentes. Nam inter
 angelos aliter: quando iam indifferenti omni
 no felicitate cum ipsis videbimus cum et nos
 scitum est. hoc est in forma dei et non in
 umbra. Quod namque apud veteres quidem
 umbram figuram dicimus extitisse. nos autem
 pro gratia christi in carne presentis: ipsam
 pro se illucere veritate. ita nos quoque respectu
 futuri seculi in quadam interim veritate
 umbra vivere non negabit nisi qui non
 acquiescit apostolo dicenti. ex parte cognoscimus.
 et ex parte prophetam. Et illud. Non
 arbitror me comprehenderit. Quod enim non est
 distinctio eius qui pro fide ambulat. et illius
 qui pro specie. Ergo iustus et fide vivit: beatus
 exultat in specie. Et ideo sanctus homo
 vivit interim in umbra christi. sanctus
 angelus in splendore vultus glorie gloriatur.
 Et bona fidei umbra: que lucet temperat
 oculo caliganti. et oculum parat luci. Scripserunt
 enim. Fide mundas corda eorum. Fides
 itaque lucem non extinguit sed custodit.
 Quicquid sane est illud quod videt angelus.
 hoc mihi umbra fidei servat. fidei sine re
 positum: in tempore revelandum. An non expedit
 tenere vel involutum quod nudum non capis.
Denique mater domini vivebat in umbra
 fidei: cui dictum est. beata que credidisti. Ha
 buit et de christi corpore umbra que audiuit. et
 eius altissimi obumbrabit tibi. Nec enim
 ullis umbra que de virtute altissimi forma
 tur. Et vere vir in carne christi. que virginis ob
 umbravit. ut quod impossibile erat mortali
 femine obiectum tamen involucri vivifici cor
 poris ferret presentiam maiestatis. et luce su
 stineret inaccessibile. Vir plane in qua
 ois contraria fortitudo debellata est. Et
 tunc in umbra fugas demones. tutas homines.
 Aut certe fructus vegetas. umbra refrigeras.
 Vivimus proinde in umbra christi

que pro fide ambulamus et carne ipsius paschimur
 ut vivamus. Caro enim christi vere est civitas. Et
 vide ne propterea etiam nunc describat hunc loco
 apparens tamquam in scemate pastoralis. ubi il
 lum sponsa quasi unum quem patrum de pasto
 ribus videt alloqui dicens. Iudica michi:
 ubi pascas. ubi cubes in meridie. Non
 pastor que aiam suam dat pro ovibus suis. Nam
 pro illis carne illis. Illa in presentia ista in cubi
 Res mira. ipse pastor. ipse pasqua est. ipse re
 demptio. Uex primo in longum progreditur. quoniam
 locus amplius est et grandia principis: et non ex
 plicabit paucis. atque hac necessitate vide
 tur mihi iam rumpendum potius quam finiedus.
 Propter autem quoniam materia pedet. memo
 ria vigilet. quatinus ubi paulatim inde mor
 resumatur et peractet pro dominus dabit. Iesus
 christus sponsus ecclesie que est super omnia de
 benedictus in secula Amen.

Sermo. xxxii.

Iudica michi

I ubi pascas. ubi cubes in meri
 die. Hic sumus: hic progredimur
 Sed antequam tractari incipiat visio ista et
 allocutio: recapitulandum breviter arbitror
 de alijs visionibus que precesserunt. quod nos ap
 tari spiritaliter possint. pro voris et meritis
 singulorum: ut approbentur illis (si tamen hunc datus
 fuerit) facilius et in huius discussione eluce
 ar intellectus. Uex id difficillimum. Nam et si
 illa verba que ipse visioes seu similitudines de
 scribunt: sonare corpora atque corpora videant:
 spiritualia tamen sunt que nobis ministrant in his. ac
 hinc in spiritu que causas et rationes earum oportet inquiri.
 Et que idonee investigare et comprehendere tam
 multos aie affectus. perfectusque: que hec de pre
 sentia spiritus tamen multiformis gratia dispensat.
 Tamen si intremus ad nos: et spiritus sanctus in lu
 mine suo dignetur ostendere nobis quod opere suo
 non dedignatur nos assidue acturare in nobis.
 puto non omnino nos in his sine intellectu re
 mansuros. Confido ei non accepisse nos spi
 ritum mundi. sed spiritum que ex deo est. ut sciamus que
 a deo donata sunt nobis. Ergo si cui nunc cum
 sancto propheta adberere deo bonum est. et
 (ut loquar manifeste) si quis in nobis est
 ita desiderium vir ut cupiat dissolvi et cum
 christo esse. cupiat autem vehementer. arde
 ter sitiat. assidue meditatur. Is profecto
 non secus quam in forma sponsi suscipiet
 verbum in tempore visitationis. Hora